Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

Gk. 4841

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

a

BIBL. CENTR.
V.E.
FIRENZE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

¶ Boneti delatis hebrei medici Prouenzalis
Anuli per eū cōpositi super astrologiam utili-
litates Incipiunt.

On est gloria sicut gloria noticiam haben
tis dei: nec est exaltatio super exaltatiōem
sapiētis operationes suas. Nam ut ait Hie-
remias ꝓpha capitulo. ix. Nō glorietur sa
piens in sapientia sua: nec fortis in fortitudine sua: nec di-
ues in diuitiis suis: sed in hoc solo glorietur qui gloriatur:
uidelicet scire & noscere me. Eius autē noticia acquiritur
per scientiā stellarū. ut inquit psalmista. p̄s. xviii. Celi enar
rant gloriam dei: & opera manuū eius anunciant firma-
mentū. Nam cum homo corpora celestia & motū acces-
sus & recessus octaue spere ac planetarum necnō eorum
argumēta uidet primā ac magnam & horribilem causam
esse cognoscit. ut ait psal. p̄s. viii. Dñe dñs noster q̄ admira
bile est nomē tuum ꝛc. Quoniā uidebo celos tuos: opera
digitorū tuorū lunam & stellas que tu fundasti. Ex cuius
uerbis tria sunt notanda. Primū ꝙ ideo prius dixit uidebo
celos q̄ lunā & stellas. quia uniuersalia sunt nobis p̄ius no
ta q̄ singularia ut uult Aristot'. p̄mo phis. Scd̄m dum dicit
opera digitorū: qd̄ uoluit intelligere de digitis eclipsis lu-
minariorū qn̄ eclipsantur qd̄ est opera magna. Tertio ꝙ
ideo de luna tm̄ non aūt de sole qui est candela celi & gu
bernator mundi mentionē fecit quia iuxta quendā docto
rem nostrum Dauid hmōi psalmū de nocte cantauit. Sed
uera et melior ratio est quia multa corpora celestia uiden-
tur de nocte: et propterea ad eorū noticiā habendam ip̄e
Dauid ea corpora de nocte uidere uoluit: & tunc eū cog
nouisse dicitur nomē tetragrāmathō magnū esse et admi
rabile. Si ergo dei noticiam habere desideramus stellarū
scientiā habere oportet qd̄ maxime uiris ecclesiasticis &
dei timoratis cōuenit. Qua propter pater btissime Alex
ander. vi. pontifex maxime & si tuam. B. diuino numine i
spirāte omniū uirtutum refertam diuinarūq; ac humana

M.V
129

107

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

narū rerū noticiā habere intelligā: Ad tue tñ. S. laudē & nominis exaltationē ac honorē & gloriā singulorūq; tue uniuersali ditioni subditorū cōmodū et utilitatē quoddā paruum instrumentum per qd astrorū in firmamento cō tractorū & alia dei opera in facili quadā uia & noticia ha beri poterit: qd profecto tue etiam. S. non displicere mihi persuasi ipmq; ad formam anuli formandū censui. Tum quia anulus ipse magnorū dñorum & altissimorum uiroā rum manuū est ornamentum nobile ut apparet libro Ge nesis capl'o. xli. Tulit rex Pharaon anulum de manu sua & misit eum in manu Ioseph. Tum etiā quia cum uiderit manus suas anulus erit semper figura ante oculos suos et respiciet cū eo solem & lunam & omnia corpora celestia & tunc habebit de deo perfectā noticiā sicut habebat Da uid qñ uidebat ea: & prosperabitur in ecclesia triūphanti cum isto anulo sicut Aaron pontifex in tabernaculo cum rationali & humerali qd portabat super pectus suum cū quattuor anulis ut dicitur libro Exodi capl'o. xxviii. et stin gatur rationale anulis suis cū anulis superhumeralis hya tiua ut maneat zc̄. & erunt in pectore aaron quādo ingre dietur coram domino & gestabit iudiciū filiorum israel. Quoniam uidetur mihi compositio istius anuli multum facilior astrolabii cōpositione & quadrati Israbelis & alio rum instrumētorum astrologie & minus tediosa maxime quia est ornamētū nobile ac semp uisibile in manibus ad sciendū necessaria: et est instrumentū nouū: ideoq; dicere debeo suos usus & utilitates: quia plures sunt. Et impmis deo creatori celi grās agamus. Et pro declaratione utilita tū istius anuli sunt capitula trigintatria.

Sequuntur capitula presentis opusculi.

¶ Capitulū primum. De declaratione Anuli.
¶ Capitulum ii Ad inuenendum locum solis.
¶ Capitulum iii Ad sciendum diem ignotum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

¶ Cap̄. iiii. Ad inueniēdū altitudinē solis in oī hora.
¶ Cap̄. v. Ad sciendum gradum ascendentis.
¶ Cap̄. vi. Ad inueniendum duodecim domos.
¶ Cap̄. vii. Ad sciendū quot sunt hore de horis.xii.
¶ Cap̄. viii. Ad sciēdū quot sunt hore de horis.xxiiii
¶ Cap̄. viiii. Ad sciendū quot sunt hore ab ortu solis.
¶ Cap̄. x. Ad inueniendū q̄titatem diei & noctis
¶ Cap̄. xi. Ad inueniendū hore aratice diei q̄titatē.
¶ Cap̄. xii. Ad inueniendū q̄titatē hore equalis diei
¶ Cap̄. xiii. Ad reducēdū horas equales ad arraticas.
¶ Cap̄. xiiii. Ad sciendū altitudinem solis meridiei.
¶ Cap̄. xv. Ad sciendū locum solis sine notitia diei.
¶ cap̄. xvi. Ad sciendum equalitatem dierum.
¶ cap̄. xvii. Ad sciendū declinationem signorum ab equinoctialis lune.
¶ cap̄. xviii. Ad sciendum latitudinem ciuitatis.
¶ cap̄. xix. Ad sciēdū ad quā latitudinē anul⁹ fact⁹ ē.
¶ cap̄. xx. Ad sciendum ascensiones signorū in circulo directo.
¶ cap̄. xxi. Ad sciendū ascensiones signorum in circulo obliquo.
¶ cap̄. xxii. Ad sciēdū i q° signo ē luna sine altitudīe ei⁹
¶ cap̄. xxiii Ad sciendum ascendens reuolutionis anni natalis uel mundani.
¶ cap̄. xxiiii Ad inueniēdū dōm hore de die & nocte
¶ Cap̄. xxv. Ad sciendum altitudinē stellarum.
¶ cap̄. xxvi Ad sciendū gradū ascendentis de nocte.
¶ cap̄. xxvii Ad sciendum quot sunt hore de nocte.
¶ Cap̄. xxviii Ad inueniēdum gradum ascendentis de die sine sole & de nocte sine stella.
¶ cap̄. xxix Ad sciendum in quo gradu signi sit luna
¶ cap̄. xxx Ad sciendum locum planetarum.
¶ cap̄. xxxi Ad sciēdū qn̄ planeta sit austral'ul' septē.
¶ cap̄. xxxii Ad sciēdū si planeta sit ītrograds ul' directus
¶ Cap̄. xxxiii Ad sciēdū altitudinē turris ul' aliarū rerū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

¶Cap̄.primū De declaratione anuli

NOta q̄ anulus debet fieri de auro ul' argēto aut alio genere metalli ad modum ſigilli ad portandum in digito ut preſens figura demonſtrat. Et eius declaratio talis eſt. Super circuitu anuli ſunt.xii.ſigna in caracteribus. Primum eſt Aries. Secundū Thaurus zē. & quodlibet ſignū continet.xxx. gradus diuidendo de quinq̄ in quinq̄ gradis per puncta. Item ſunt.xii.menſes in literis: Martius in iſta līa. M. & ſic de aliis. & quilibet menſis diuiditur de quinq̄ in quinq̄ dies per puncta. et initiū martii ē in.xx.gradu ſigni piſciū: & p iſtos mēſes & caracteres ſignorū ſcietur locus ſolis oī die. Infra anulū ſunt.xx. gradus de quinq̄ in quinq̄ lineis ad inuenīdū altitudinē ſolis & ſtellarū. Et initiū numeri iſtorū.lxxxx. graduū eſt ī linea nadir foraminis in qd̄ intrat radius ſolis ad eius altitudinē ſciendum. Item in ſuperficie anuli recta & plana que eſt ſuper anulum ſunt tres circuli quorū primus eſt minimus & eſt circulus cancri medius equinoctialis. Maximus uero eorum circulus capricorni qui eſt ultimus in circumferentia illius ſuperficiei recte & plane. Poſtea ſunt almucathbarat qui ſunt in medietate circuli ſuperioris deſcripti quorū quidam integri apparent. quidam imperfecti quibus prior orizon in duo diuiditur emiſperia & dicti circuli almucathbarat continent.x.gradus & ſunt in ſumma.lxxxx.gradus a primo uſq̄ ad centrum inferioris eorū qd̄ zenit capitis nominatur. Poſt ſūt q̄tuor arratice bore infra almucathbarat. Poſtea linea medii celi que eſt linea deſcendens ab cruce cuius pars a cen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

tro in quo est foramē dicitur linea meridiei. & alia dicitur angulus terre & linea medie noctis. Postea in circuitu superficiei in spissitudine eius sunt quatuor bore signate in lineis. Postea sequitur rotula mobilis posita super illā superficiem in qua sunt signa .xii. in caracteribus cum zodiaco cōstituto & dicitur rotula zodiaci. Item sunt in dicta rotula zodiaci quatuor pūcta q̄ quatuor stellas fixas significāt Primus punctus significat aldebram & est in secūdo gradu signi geminorum. Secūdus significat cor leonis & est in .xxiii. gradu signi leonis. Tertius significat cor scorpionis & est in scdo gradu signi sagittarii. Quartus significat caudam capricorni: & est in .xv. gradu signi aquarii. Et posui istas quatuor stellas propter q̄ nō habent nisi modicū latitudinis & grossi sunt in zodiaco & rotula est parua. Itē in illa rotula zodiaci sunt .xxviii. linee. tria signa cōtinent .vii. earum linearū & sunt .xxviii. mansiones lune. Deinde sequitur foramen quod est in medio linee rotule zodiaci q̄d transit per caput arietis & libre in quo est axis continens rotulam cū anulo & restringens eā. Postea sunt duo foramina unum est in medio anuli ad suspendēdum anulum ante solem cū filo. Alterum foramē est quod est in summitate anuli pro introitu solis ad sciendū altitudinē eius. Postea est baculus perforatus qui intrat in foramine altitudinis solis tm̄ est mobilis & non est semper cū anulo nisi de nocte per altitudinem stellarū: Postea est filum ad suspendū anulum

¶ Cap̄. ii. Ad inuēiendū locū solis in oī die

¶ Si uelis scire locum solis in quo signo est & in quo gradu eius in illa die pone filum super diem quē babes & nota super quem ex gradibus signorū cadat filum ille denotat locum solis in illa die. ¶ Exemplū hodie est .x. mensis martii pone fi ū super decimū diē martii et si super primum gradū arietis cadet filū in illo gradu est sol hodie.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

¶Capitulum.iii. Ad sciẽdum diem ignotum.

¶Si diem ignotum inuenire desideras scias in quo signo est sol & in illo gradu in quo est pone filum & nota super quem ex diebus mensium cadat filum ille denotat diem mensis ignoti. ¶Exemplum hodie sol est in primo gradu signi arietis pone filum super illum gradũ & cadet super diem decimũ martii & si ignoraueris locum solis fac sicut dicetur in capitulo.xv.

¶Capitulum.iiii. Ad inueniendum altitudinem solis.

¶Si altitudinem solis scire desideras suspende Anulum de manu tua dextera per filum eius & pone eum ad solem donec per foramen transeat radius solis & in superficie intrinseca anuli uide in quo gradu ex.lxxxx.gradibus cadat radius & illa est altitudo solis.

¶Capitulum.v. Ad inueniendum gradum ascendentis & signum ascẽdentis.

¶Si certitudinem ascendentis uolueris scire scias primo locum solis post scias altitudinem solis post quere graduz in rotulo zodiaci in quo est sol: & pone eum super almucatbarat altitudinis ex parte orientis: si fuerit ante mediũ diem aut ex parte occidentis: si post medium diem accepisti altitudinem & ille gradus qui ceciderit super lineam orizõtis que est prima linea almucatbarat est gradus ascẽdentis & signum illius gradus est signũ ascendentis id est oriens: quibus uero in occidentali occidens: quid autem ceciderit in linea medii celi est in medio celi & eius nadir in angulo terre.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

¶ Exemplum hodie locus solis est in primo gradu Arietis & altitudo solis ante meridiē est .xxx. graduū pone primum gradū arietis ex parte orientali super almicatharat xxx. graduū & super primū almicbatarat cadet sēs gradus signi geminorū: ille gradus sēs geminorum est gradus ascendētis & signum geminorū est signū ascēdētis.

¶ Cap̄. vi. Ad inueniendum. xii. domos celi.

¶ Cum. xii. domos celi uolueris adequare q̄re primo gradus ascendētis & ille gradus qui ceciderit super linea orizontis est prima domus. Post uide gradū qui ceciderit super lineā medii celi & uolue rotulam zodiaci & pone gradum nadair illi gradui medii celi & postea uide in parte linee occidentis gradū correspondentē hore prime arratice & ille gradus est initium secunde domus. Postea sine mouere rotulā zodiaci uide gradū correspondentē hore arratice secūde & ille gradus est initiū tertie domus. Postea uide gradū correspōdentē linee medii celi & ille gradus est quarta domus. Postea uide gradū correspondentē hore aratice tertie & ille gradus est initiū quinte domus. Postea uide gradū correspondentem hore quarte arratice & ille gradus erit initiū sexte. Initium aūt septime domus est nadair ascendētis. Et initiū octaue est nadair sēs Initiū quoq; none est nadair tertie. Et initium decime est nadair quarte. Et initium undecime est nadair quinte. Et initium duodecime est nadair sexte. ¶ Exemplū gradus ascendētis est secūdus gradus signi geminorū sicut dictū est et est prima domus: & gradus qui cecidit sup lineā medii celi est. xiiii. aquarii. uolue rotulā zodiaci & pone. xiiii leonis super lineā medii celi & ille gradus correspondens hore prime aratice est. xxvi. geminorum & est secūda domus: & gradus correspondens hore secūde aratice est. xx cancri & est initium tertie domus & gradus correspōdēs medio celi est. xiiii. leonis & est initium quarte domus. &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

gradus correſpondens tertie hore aratice eſt.xiii.uirginis & eſt initiū quinte domus.& gradus correſpondens.xiiii libre eſt initium ſexte domus.gradus nadair eſt.ii. ſagittarii et eſt ſeptima domus.& gradus nadair ſcde domus eſt xxi.ſagittarii et eſt.viii.domuſ.& graduſ nadair tertie eſt xx.capricorni & eſt.ix.domus.& gradus nadair quarte ē xiiii aquarii & eſt .x.domus. & gradus nadair quinte eſt xiii.piſcis.& eſt.xi.domus.& gradus nadair ſexte eſt.xiiii arietis.& eſt.xii.domus.



¶Cap̄.vii. Ad ſciendū quot ſunt bore ex boris.xii.ſicut ē in patria gallie.

¶Cum ſcire uolueris quot ſint bore de boris .xii.ſcias primo ſolis altitudinē & pone gradum ſolis ſuper almucatha

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

rat altitudinis ex parte oriētis ſi fuerit ante meridiem &
pone ſuper illum gradū ſolis filum & uide in circulo bo-
rarum ſuper quam boram ceciderit filum & numera a li
nea anguli terre q̄ eſt media noctis uſq; ad illam boram ī
qua filum cadit & habebis quot ſunt bore de boris.xii.
¶ Exemplum hodie locus ſolis eſt in primo gradu arietis
& nūc altitudo ſolis eſt in.xxx.gradu pone primū gradū
arietis zodiaci ſuper almucathbarat.xxx.gradus ex parte
orientis.pone ſuper gradum illū filum & cadet in circulo
borarū ſup boram.ix. numerando ex linea medie noctis
Et ſi fuerit poſt meridiē pone gradū ſolis ex parte occidē
dētis et numera a linea medii celi que eſt meridies et ſcies
quot ſunt bore poſt meridiē ſicut eſt in patria gallie ubi na
tus ſum.

¶ Cap̄.viii. Ad ſciendū quot ſunt bore ex boris.xxiiii.

¶ Si ſcire uolueris quot ſint bore ex boriſ.xxiiii. Pone gra
dum ſolis ſuper lineā orizontis ex parte occidentis & fac
ſignū in circulo borarū cū filo poſt uolue rotulā zodiaci p
uiam anguli terre & pone illum gradū ſolis ſuper almuca
thbarat altitudinis exparte oriētis ſi fuerit ante meridiem
aut ex parte occidentis. Si poſt meridiem accepiſti altitu-
dinem fac ſignum cum filo in circulo borum & nume-
ra in circulo borarum per uiam anguli terre ab illo ſigno
primo uſq; ad ſignum ſecundum et habebis quot ſunt bo
re de.xxiiii.ſicut eſt in patria italie. ¶ Exemplum ho-
die locus ſolis eſt in primo gradu arietis & nunc altitudo
ſolis eſt.xxx.gradus pone primum gradum arietis ſuper
lineam orizontis exparte occidentis & fac ibi ſignum in
circulo borarū cū filo & illa hora eſt prima. poſt uolue ro
tulam zodiaci & pone gradum primum arietis.xxx. ſu-
per almucathbarat ex parte oriētis quia nunc eſt ante me-
ridiem & fac ſignum cum filo & numera ex primo ſigno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

qd̃ est prima hora per uiam anguli terre usq; ad secūdum signum & erunt.xv.hore. & si est post meridiē pone gradum illum.xxx.gradus in almicathbarat ex parte occidentis & erunt:xxi.hore.

¶Cap̃.viii.ad sciendū quot sunt hore ab ortu solis.

¶Si scire uolueris quot hore equales trāsierūt de die. Accipe gradum solis & eius altitudinē & pone super almicathbarat altitudinis & tunc signa locū in circulo horarū.postea uolue retro solis usq; ad primū almicathbarat ex parte orientis & sc̃do nota locū eiusdem in dicto circulo.postea numera ab illo signo p̃mo usq; ad secundū et habebis quot sunt hore ab ortu solis. Et si est post meridiem pone illum gradum solis ex parte occidentis super almicathbarat altitudinis & numera ab illo signo primo usq; ad secundum per uiam medii celi. ¶Exemplum hodie locus solis est in primo gradu arietis & altitudo eius est in.xxx. gradu nunc pone illum gradū.xxx.graduū super almicathbarat ex parte orientis quia est ante meridiem.post pone illum gradum super orizontē & fac signū : & numera a primo signo usq; ad secundum & erunt.xxx. hore equales que transierunt de die. Et si est post meridiem pone illum gradum ex parte occidentis & erūt.ix.hore ab ortu solis que transierunt de die.

¶Cap̃.x. Ad sciēdum quantitatem diei & noctis.

¶Si uolueris arcum diei scire.Pone gradū solis super primum almicathbarat ex parte orientis & fac signū in circulo horarum. Postea uolue rotulam zodiaci per uiam medii celi & pone illum gradum in linea orizontis ex parte occidentis & nota ibi cum filo & hore & partes earū que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

ſunt ab una nota in aliã ẽ arcus diei. Reliqua uero pars cir
culi eſt arcus noctis: quia illa duo continebunt .xxiiii. bo-
ras que ſunt quantitates diei & noctis. ¶ Exemplum bo
die ſol eſt in primo gradu arietis pone primũ gradũ arie-
tis ſuper orizontem ex parte orientis: Poſtea pone illũ gra
dum ex parte occidentis ſuper orizontem & numera par
tes horarũ per uiã medii celi que ſunt ab una nota in aliã
& ſunt. xii. hore. ergo. xii. hore eſt quantitas diei hodie.

Capitulum. xi. Ad ſciẽdum quantita tem hore arratice diei.

¶ Si uolueris ſcire arcum hore inequalis diei ſcias primo
arcum diei ſicut dictum eſt & horas illius quantitatis mul
tiplica per. xv. & illam ſummã diuide per. xii. & habebis
numerũ graduũ hore inequalis diurni: quẽ ſi ſubtraxeris
a. xxx. remanebit numer⁹ graduũ hore nocturne. qz ho
ra ineq̃lis diurna cũ hora inequali nocturna facit. xxx. gra
dus in omni die que ſunt due hore equales. ¶ Exemplũ
hodie quantitas diei eſt. xiiii. hore. multiplica eas per. xv.
& erũt ccx. diuide. ccx. per. xii. & erunt xvii. gradus &. v
minuta. ergo. xvii. gradus &. v. minuta eſt arcus hore ar
ratice diei hodie ſubtrahe dictũ numerũ a. xxx. & rema-
nebunt. xii. gradus &. lv. minuta & ẽ numerus graduũ ho
re arratice nocturne. Et hoc caplm eſt neceſſarium in ſcia
aſtrologie ad ſciendũ dñm hore ut dicetur in ca°. xxiiii.

Cap̃. xii. Ad ſciendũ quantitatẽ ho re equalis.

¶ Si uolueris ſcire arcum hore equalis diuide. cccl x. per
xxiiii. horas que ſunt in circulo horarũ & habebis nume
rum graduũ hore equalis de die & de nocte. qz ille hore
circuli horarũ ſunt equales & quilibet cõtinet. xv. gradus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

¶Cap̄.xiii. Ad reducendū horas arraticas ad ebuales.

¶Cum uolueris reducere horas inequales ad horas equales scito gradus earū horarū inequaliū quot sunt & diuide gradus earū per.xv. & hēbis horas equales. ¶Exemplū q̄ntitas hore arratice est.xvii.gradus &.v.minuta & sūt.xii. que sunt.ccx.gradus: diuide p.xv. & erūt.xiiii.hore equales.

¶Cap̄.xiii. Ad sciendū altitudinē solis meridiei.

¶Cum scire uolueris altitudinē solis in media die que est initium recessionis pone gradū solis super lineā medii celi et numerus graduū ad almucathbarat a loco solis in orizonte est altitudo eiusdē medie diei: et nota hoc esse uerū si anulus est factus ad altitudinē climatis in quo queris altitudinē. ¶Exēplū hodie sol ē in ṗmo graduarietis pone ṗmū gra.arietis sup lineā medii celi numera ab oriēte usq; ad almucathbarat in quo applicat ille gradus sup lineā medii celi quot sunt gradus & erūt.xlviii.hic Rome altitudo solis ī media die illius diei est.xlviii.gradus. Ante scito q̄ circulus signorū diuiditur ī duos circulos quorū unus est a capite capricorni in caput cancri & alius a capite cancri in caput capricorni: & caput capricorni est solstitium hyemale & caput cancri estiuale. Scito etiā q̄ omnes eque distantes gradus ab aliquo horum solsticiorū sunt unius declinationis uersus septentrionem uel meridiem & dies eorum uel noctes sūt equales & umbre & altitudines equales in media die semper.

¶Cap̄.xv. Ad sciendū locum solis sine noticia diei

¶Cum scire uolueris gradus solis ignoto die. Pone notā super altitudinē medie diei in medietate quam sumpsisti prius per foramē quod est ad sciendū altitudinē solis. De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

inde uolue rotulam zodiaci cadentq; duo gradus ſuper ip
ſam notã quorũ unũ ſcies eſſe gradũ ſolis quo cognito ſci
es diem menſis. ¶ Exemplũ hodie altitudo ſolis eſt. xlviii
in media die uolue rotulam & uide gradum ſignorũ zo
diaci cadentem ſuper almucathara altitudinis. xlviii. gra
duum & erit primus gradus arietis uel primus gradus li
bre: tamen nunc eſt tp̃s hyemale ergo ſol eſt in p̃mo gra
du arietis. Pone filum in circulo menſiũ ſuper primũ gra
dum arietis & cadet ſuper decimum mẽſis martii: & per
hoc capitulum habebis locum ſolis & diem ignotum.

¶ Cap̃. xvi. Ad ſciendum que dies ſit qualis alteri.

¶ Cum uolueris ſcire que dies alteri ſit equalis ſcias hoc
per gradus eque diſtantes a ſolſtitiis quia eorum dies ſunt
equales ſicut dictum eſt. ¶ Exemplum dies. xxx. men
ſis nouembris eſt equalis diei. xxv. menſis decembris qz
ſolſtitiũ hyemale eſt qñ ſol eſt in capite capricorni quod ẽ
eſt in die. xii. menſis decembris & ſic de aliis.

Cap̃. xvii. Ad ſciendũ declinationẽ ſignorum ab equinoctiali linea.

¶ Si ſcire uolueris declinationem cuiuſcũq; gradus ſigno
rum pone eum ſuper lineam medii celi & ſcito eius altitu
dinẽ ab orizõte. Poſtea ſcito altitudinẽ capitis arietis uel
libre ĩ eadẽ linea. Deinde ſcita altitudine utraq; differẽtia
ip̃arũ altitudinũ ẽ declinatio huius gradus ab equinoctia
li. ſi autẽ fuerit gradus ſeptẽtrionalis ſeptẽtrionl: & ſi me
ridiani meridiana. ¶ Exemplũ pone primũ gradũ ſigni
cãcri ſuper lineam medii celi & numera ex orizonte uſq;
ad almucathara altitudinis eius & erunt hic Rome. lx
xii. gradus & altitudo primi gradus arietis eſt. xlviii. ergo
declinatio primi gradus cancri ab equinoctiali linea eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

xxiiii. gradus qui sunt differētia utrarūq; ipsarū altitudinē

¶Cap̄. xviii. Ad sciendū latitudinē ciuitatis

¶Si uolueris scire latitudinē ciuitatis que est distantia zenit capitis ciuitatis eius ab equinoctiali linea considera altitudinē solis in media die quā minues de. lxxxx. si fuerit sol in initio arietis uel libre qui est in. x. die martii uel septembris & residuū est latitudo ciuitatis tunc enim erit motus solis in eqnoctiali linea. Si uero in alio gradu fuerit sol & in alia die: tūc eius gradus declinationē considera per caplm antedictū quā minues de altitudine solis in media die si fuerit septemtrionalis uel adde eidem si fuerit meridiana & habebis altitudinē initii arietis ī illa ciuitate quā subtrahas sicut ꝑus dictū est a. lxxxx. & qd remāserit erit distantia regionis ab equinoctiali linea. ¶Exemplū qn̄ sol est in ꝑmo gradu arietis uel libre altitudo solis tūc ē. xlviii in media die minues de. lxxxx. et remanebunt. xlii. ergo xlii. est latitudo ciuitatis Rome. ¶Exemplum in aliis diebus qn̄ sol est in alio signo sicut in cancro cōsidera declinationem primi gradus eius que est. xxiiii. & minues illam declinationem ex altitudine eius q̄ est. lxxii. & remanebūt. xlviii. uel adde sup altitudinē primi gradus capcorni que est. xxiiii. & erunt. xlviii. subtrahes. xlviii. ex. lxxxx et remanebunt. xlii. ille numerus. xlii. est latitudo huius ciuitatis Rome.

¶Cap̄. xix. Ad sciēdum ad quā latitudinem anulus factus est

¶Si uis scire ad quam latitudinem factus est anulus uide quot almucathbarat sūt a circulo equinoctiali usq; ad zenit uel ab axe ad orizontē in septemtrionem & super tantam latitudinem factus est anulus. hec enim sunt equalia. hic factus est ad latitudinem Rome tamen bene possibile est tibi facere eum ad latitudinem quam uolueris cum muta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

tione ſupficiei almucathbarat ut patet in tabulis aſtrolabii inſtrumēti.

¶Cap̄.xx. Ad ſciēdum aſcenſiones ſignorum in crculo directo.

¶Si aſcenſiones ſignorum in circulo directo ſcire deſideras initiū cuiuſuis ſigni ſuper lineā meridianam pone & fac ſignum in circulo horarum cū filo & moue rotulā zodiaci donec finis ſigni ſit ſuper linea meridiei & fac ſignum & ile bore que erunt inter duo ſigna multiplica per xv. & habebis numerū graduū aſcenſionū eiuſdem ſigni & ſimiliter facies ad quālibet portionē circuli: quia quelibet hora continet.xv.gradus ſicut dictū eſt. ¶Exemplū pone initium ſigni arietis ſuper lineam meridionalem & poſt moue rotulam zodiaci & fac ſignum in illis duobus locis & bore q̄ ſunt inter duo ſigna ſunt una hora & quatuor partes bore unius multiplica per.xv. & ſunt.xxvii. ergo aſcēſiones ſigni arietis in circulo directo ſunt.xxvii. gradus.

¶Cap̄.xxi. Ad ſciendū aſcenſiones ſignorum in circulo obliquo.

¶Si hoc ſcire uolueris moue rotulā zodiaci ab initio ſigni ad finem eiuſdem ſuper primum almucathbarat & gradus horarum in circulo horarum erunt aſcēſiones ſigni in illa regione quia quelibet hora cōtinet.xv.gradus.

¶Cap̄.xxii. Ad ſciendū in quo ſigno ſit luna ſine altitudine eius.

¶Cum ſcire uolueris hoc: ſcias primo locum ſolis. Poſtea ſcito diem in qua fuit coniunctio lune & numerabis a loco ſolis ſuper rotulam zodiaci de illis lineis que ſignificāt xxviii. manſiones lune tot quot ſunt dies que trāſierunt a die coniunctionis lune & illud ſignū quo in inuenies per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

dictum numerū illam lineam ibi erit luna. ¶ Exemplum hodie sol est in primo gradu arietis & a die coniunctionis lune usq; ad prelentem diem sunt dies.xxiii.numera a loco solis de illis lineis.xxiii.et pone filū super lineam.xxiii. & inuenies lunā in fine signi capricorni ibi est locus lune hodie.

¶ Cap̄.xxiii. Ad inueniendū ascendens reuolutionis anni natalis uel mundani.

¶ Cum scire uolueris hunc gradū ascendentis anni trāsacti super orizontem in oriente pone & in circulo horarū notam cū filo post hoc illum gradū ab eodē loco per horas.vi.& quintam partē unius hore que sunt lxxxxiii.gradus moue & gradus qui cecidierit super orizontē est gradus ascendentis eiusdem anni.Si autem plures fuerint anni pro unoquoq; anno deduces illum gradum per.vi.horas & quintā partē que sunt.lxxxxiii.& gradus existēs in parte orientali est ascendens ipsius. ¶ Exemplū ascendēs reuolutio istius anni est.viii.gradus signi capricorni.pone eū gradū super orizontē in oriēte:post ab eodem loco illū gradū ascēdētis per.vi.horas & quintā partē hore moue: & primus gradus geminorū erit ascendens anni futuri.

¶ Cap̄.xxiiii. Ad inueniendum dominum hore de die & de nocte.

¶ Si hoc scire desideras scias horam arraticam illius diei noctis per capitulū.xi.& quelibet hora de istis araticis habet suum dominum ex planetis sc̄dm ordinē eorum in celo uidelicet in die sabbati dn̄s prime hore est saturnus. dominus sc̄de est iupiter.& sic per ordinem usq; ad.xii.quia semper dies & nox illa longa uel breuis continet.xii. horas tamen sunt hore inequales & super illam quātitatē illius hore arratice dominat unus planeta. & ut scies hoc pono tibi istam tabulam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

Hore Arratice.xii.

	i	ii	iii	iiii	v	vi	vii	viii	ix	x	xi	xii
Nox Dñice	mercu.	luna	ſatur.	iupi.	mars	ſol	uenus	mer.	luna	ſatur.	iup.	mars
Dies Dñice	ſol	uenus	mer.	luna	ſatur.	iupi.	mars.	ſol	uenus	mer.	luna	ſatur.
Nox Lune	iupi.	mars	ſol	uenus	mer.	luna	ſatur	iupi.	mars	ſol	uenus	mer.
Dies Lune	luna	ſatur.	iupi.	mars	ſol	uen⁹	mer.	luna	ſatur.	iupi.	mars	ſol
Nox Martis	uenus	mer.	luna	ſatur.	iupi.	mars	ſol	uen⁹	mer.	luna	ſatur.	iupi.
Dies Martis	mars	ſol	uen⁹	mer.	luna	ſatur	iupi.	mars	ſol	uen⁹	mer.	luna
Nox Mercu.	ſatur.	iupi.	mars	ſol	uenus	mer	luna	ſatur	iupi	mars	ſol	uenus
Dies Mercu.	mer.	luna	ſatur	iupi.	mars	ſol	uenus	mer	luna	ſatur	iupi.	mars
Nox Iouis	ſol	uen⁹	mer.	luna	ſatur	iupi	mars	ſol	uen⁹	mer.	luna	ſatur
Dies Iouis	iupi.	mars	ſol	uen⁹	mer.	luna	ſatur.	iupi.	mars	ſol	uenus	mercu
Nox Veneris	luna	ſatur	iupi	mars	ſol	uenus	mer.	luna	ſatur.	iupi.	mars	ſol
Dies Veneris	uenus	mer.	luna	ſatur	iupi	mars	ſol	uen⁹	mer.	luna	ſatur	iupit.
Nox Sabati	mars	ſol	uen⁹	mer.	luna	ſatur.	iupi.	mars	ſol	uen⁹	mercu	luna
Dies Sabbati	ſatur	iupi.	mars	ſol	uen⁹	mer.	luna	ſatur	iupi.	mars	ſol	uenus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

¶Cap̃.xxv. Ad ſciẽdũ altitudinẽ ſtellarũ

¶Cum ſcire uolueris hoc ſuſpende anulum de manu tua dextera per filum & per baculum perforatũ : uide ſtellã & in ſuperficie extrinſeca anuli uide in quo gradu de.lxxxx. gradibus cadat baculus & ille eſt ſtellarũ altitudo

¶Cap̃.xxvi. Ad ſciendum gradum aſcendentis de nocte.

¶Cum hoc ſcire deſideras Accipe altitudinẽ unius ſtelle fixe de illis quatuor que ſunt in punctis in rotula zodiaci & pone gradum in quo eſt illa ſtella fixa in almucathbarat ſue altitudinis ex parte orientis ſi ſtella eſt in orientis parte uel ex parte occidentis ſi eſt in occidente & ille gradus qui ceciderit ſuper lineã orizontis que eſt prima linea almucathbarat eſt gradus aſcendentis. ¶Exemplũ hodie locus cordis leonis ſtelle eſt in gradu.xxiii. ſigni leonis & altitudo eius ſtelle in parte orientis eſt.xxx.gradus pone gradũ .xxiii. leonis ſuper almucathbarat.xxx.gradus & ſuper orizõtem cadet.xx. gradus ſigni uirginis ille gradus xx.uirginis eſt gradus aſcendentis.

¶Cap̃.xxvii. Ad ſciendũ quot ſunt hore de nocte.

¶Si ad illius noticiam peruenire uolueris Accipe altitudinem unius ſtelle fixe ex illis quatuor que ſunt in rotula zodiaci & pone gradum in quo eſt in almucathbarat ſue altitudinis ex parte orientis ſi eſt in oriente uel ex parte occidentis ſi eſt in occidente poſtea pone filum ſuper gradum ſolis & fac ſignum in circulo horarum poſt uolue rotulã zodiaci & pone dictum gradum ſolis ſuper primã almucathbarat occidentis & fac ſignum cum filo in circulo horarum & numera horas que ſunt inter duo nota tãte erũt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

erunt hore noctis. Et si uolueris scire qñ erit media nox uide quot sunt hore ex primo signo ad lineam medie noctis. Et si uolueris scire quot sunt hore de.xii.numera ex linea medii celi usq; ad gradū solis in circulo horarum per uiam linee occidentis si gradus solis est ante lineā medie noctis & si est post numera a linea medie noctis per uiam orientis usq; ad lineam medii celi. ¶ Exemplum gradus cordis leonis est.xxiii.leonis & eius altitudo.xxx.in occidente & sol est hodie in primo gradu arietis. Pone.xxiii. leonis super almucathbarat sue altitudinis & fac signū sup primū gradum arietis post uolue rotulā zodiaci & pone primum gradū arietis super almucathbarat primū occidētis & numera hec que sunt inter duo nota & erunt hore vii.&.xlv.minuta & post mediā noctem erit una hora & xlv. minuta de horis.xii.

¶ Cap̄.xxviii. Ad sciendum gradū ascendentis sine altitudine & stellis de nocte & sine sole de die.

¶ Si ad illius noticiam peruenire uolueris scias quot sunt hore. Postea pone gradum solis in illo puncto hore in circulo horarum & ille gradus signorū zodiaci qui cecidevrit sup p̄mū almucathbarat in parte oriētis est gradus ascēdentis: ¶ Exemplum hodie sol est in primo gradu arietis & nunc sunt tres hore post meridiē pone gradū solis correspondentē illi hore in circulo horarū & cadet super primū almucathbarat .x.geminorū ille gradus.x. geminorū est gradus ascendentis

¶ Cap̄.xxviiii. Ad sciendum in quo gradu signi sit luna sine noticia conjunctionis:

¶ Cum scire uolueris hoc considera altitudinem lune & eam in almucathbarat & in qua parte fuerit nota: Deinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

stellam aliã de illis quatuor que sunt in rotula zodiaci cõ
stitutam tibi notam super altitudinem suam in eadem ho
ra pone cum altitudine lune accepta in parte in qua fue-
rit et gradus circuli zodiaci qui ceciderit in almucathar
rat sup notã altitudinis lune erit gradus eius. Si aũt appa-
ruerit in die idem facies cũ altitudine illius & altitudine
solis: considera igitur cuius signi sit gradus ille. ¶ Exem
plum nunc altitudo lune est in occidente. xxx. gradus &
altitudo stelle cordi leonis in oriẽte est. xl. pone. xxiii. gra-
dus leonis in quo est stella sup almucathbarat in oriente. xl.
gradus & ille gradus qui cadet in occidente sup almuca-
thbarat altitudinis lune que est. xxx. in illo gradu qui est. vi.
gradus signi pisciũ est luna.

¶ Capũ. xxx. Ad inueniendum locũ
planetarum.

¶ Cum uolueris scire locum planetarũ facias sicut dictũ ẽ
in capitulo precedenti ad sciendum locũ lune si altitudi-
nes earum in nocte poteris scire.

Capũ. xxxi. Ad sciendum qñ planeta
sit australis uel septẽtrionalis

¶ Cum uolueris scire hoc uide altitudinẽ planete qñ erit
in linea meridiana: & si illa altitudo planete est equalis al
titudini gradui solis tunc est in uia solis. Si autem altitudo
planete est maior q̃ gradus solis tunc planeta est septẽtrio
nalis a uia solis. Si autem minor tunc australis: & tunc de-
clinat a uia solis quantũ altitudo fuerit maior uel minor.

¶ Capũ. xxxii. Ad sciendum si plane
ta sit retrogradus uel directus.

¶ Vtrũ autẽ planea sit retrogradus aut directus cuius uis
altitudinẽ & altitudinẽ stelle fixe cõmẽda memerie. dein
post tertiã noctẽ uel quartã in qua sensibilis est motus cũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

stella fuerit in consimili altitudine prime altitudini eiusdē altitudinē planete considera q̄ si fuerit minor altitudine sua prima erit planeta directus. Si fuerit in parte orientali & si fuerit in parte occidētali retrograd⁹. Si uero sc̄da altitudo planete fuerit maior prima est retrogradus. Si hora accepte altitudinis fuerit ex parte orientis. & si fuerit in parte occidentis erit directus & oppositum est de luna.

¶ Cap̄. xxxiii. Ad sciendū altitudinē turris uel aliarum rerum.

¶ Pone baculum perforatum super gradū. xlv. in numero. lxxxx. qui est pro altitudine solis & stellarum: & accipe altitudinē turris sine mouere baculū ab illo gradu. xlv tanta est altitudo turris cū altitudine tua q̄ta est latitudo q̄ est inter te & radicem rei. Et si est impossibile mensurare illam latitudinem que est inter te et rem: uide de loco tuo sine mouere locū in terra & mensura a loco tuo usq; ad locum terre quem uidisti tanta est altitudo rei.

¶ Hec sunt Beatissime pater anuli astronomici puncta peregregia una mecum ad. S. tue pedes humilime oblata que positis supciliis hilari uultu ut spes fouet recipias. Nec mirum si grāmatice methas qui hebreus sum latinitatis expers nōnunq̄ excesserim nolens utile per inutile uiciari. Malui. S. T. rosulas uili q̄ urticas loliumue in preciosa offerre sportula: ut que ad. S. T. totu usq; reipublice comodū omniūq; rerum opificis laudem utilia cōperta sunt ob connexiones uerborum enormes nō obmitterētur. Summa uerum auctoritate tua interposita a cunctis patule agnoscerentur.

Parce precor rudibus que sunt errata latino
Lex hebrea mihi est: lingua latina minus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. L.7.43 (a)